

C. thracica Vel. 1892. ☉ Biennis, caule erecto simplici apice sub-corymbose 2—4cephalo, foliis araneosis tandem fere glabratiss coriaceis *elevatim dense reticulato-nervosis*, caulinis densis *late ovato-triangularibus* haud arcuatis acutis *auriculis magnis spinuloso-pinnatifidis* *profunde amplexicaulibus* margine *spinuloso-dentatis spinis vix divergentibus* praetereaque toto margine *spinulis debilibus ad apicem usque crebre obsitis*, capitulis medicribus, involucri phyllis externis foliaceis spinoso-dentatis apice breviter et tenuiter spinosis radium stramineum non superantibus, phyllis mediis lanatis *margine integro brevissime ciliatulis*, phyllis radii stramineis anguste linearibus infra ciliatis vel nudis acutis, palearum receptaculi fibris majoribus evidenter clavato-incrassatis acutissimis, pappo achenio duplo longiore.

In declivibus m. Emineh Balkan ad Erker octob. a. 1891 collegit cl. *O. Reiser*.

Cum formis *C. vulgaris* L. et *C. corymbosae* L., quo haec species affinitate spectat, non commutanda. Folia ejus sunt valde characteristica, basi latissima auriculis spinoso-fimbriatis profunde amplexicaulia, margine nec lobata nec undulata, sed plana subtiliter spinosa. Nervatio limbi foliorum est eximie densa. Bractee externae non sunt aculeo terminatae, internae non longe spinosae ut in *C. vulgari*. Interni straminei radii revocant eos *C. corymbosae*, capitula fere magnitudinis *C. vulgaris*.

Xeranthemum L.

X. *annuum* L. β var. *simplex* Vel. 1895. Ad Burgas (Jabl), Haskovo (Stř). Caule elato simplici monocephalo, foliis strictis anguste linearibus ad nervum revolutis, involucri phyllis internis ad intima rosea sensim transeuntibus roseis radiantibus erectis (non expansis).

X. *cylindricum* S. S. Ad Haskovo (Stř), Loveč (Ur).

Onopordon L.

O. tauricum W. Sredna Gora (Stř).

Cirsium Sep.

C. armatum Vel. In m. Rhodope ad Bela Cerква et Arbanasi (Stř), in m. Trojan-Balkan (Ur).